

triennali, domi continuuit: sed cum videret ætatem ipsis labi; tandem ad vos emittendos statuit, ut ingenii morumque culturam majorem apud externos interque frequentiam aliquam nobilitatis Germanicæ capiant. Cum autem & ab aliis, & à me, qui quotidianus ipsius sum hospes, tuas virtutes à multo tempore audisset prædicari; tuæque eruditionis affectusque in patriam, in pietatem, in studia honesta, experimentum ex monumentis tuis literariis percepisset: rogandum te hoc meo stilo censuit, uti filiis suis cum Magistro Fischero & uno ministro probitatis exploratæ habitationem in tuis ædibus, à quibus omnem arceri levitatem consentaneum est, victumque frugalem, nobilibus studiosis convenientem (in quo commensales, qui literarum causa præsentem erunt

C 3

non